



Kenn 3486

(1-12)

543



Kern 3486 C1-

DISQUISITIO INAUGURALIS MEDICA:  
AN AËR SECUNDUM  
SANITATEM ADSIT IN  
PRIMIS VIIS?

---

QUAM  
AUCTORITATE  
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS  
ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRO  
GRADU DOCTORIS MEDICINAE  
D. XXVIII. AUGUSTI, MDCCXC.

DEFENDET  
JOANN. CAROL. LUDOV. OCKEL  
PRIEGNITZENSIS.

---

HALAE,  
TYPIS FRANCKIANIS.

DIGESTIO INSTITUTI MATH.

AN ALI STOCCUM

SCHOLARIA HABITAT

LEIDENS UNIVERSITATIS

ACADEMIE LIBERECENSIS

GRATIOSI MDCCLXVII. ODORE

ACADEMIE LIBERECENSIS

GRADU DOCTORIS MEDICINAE

DI JULIA MAGNETI DE GRO

V I R O

AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

CONSULTISSIMO,

LUDOV. LITZMANN,

REGI A CONSILIIS BELLICIS,

AVUNCULO SUO AD CINERES USQUE COLENDO

HOC SPECIMEN

D. D. D.

O B S E R V A N T I S S I M U S

A U C T O R .

170

ОДНОВАНОЕ СОСУДОМ

ОДНОВАНОЕ

ОДНОВАНОЕ СОСУДО

РЕДАКОНДИС БЕЛЫЙ

ОДНОВАНОЕ СОСУДО СОСУДОУКА

РЕДАКОНДИС СОСУДО

ОДНОВАНОЕ СОСУДО

ОДНОВАНОЕ СОСУДО

---

## P R A E F A T I O.

---

Quum, ut legibus academicis satis-  
facerem, de dissertatione conscri-  
benda cogitarem, venerandus meus  
praeceptor Ill. Reil mihi amicisque  
mihi conjunctissimis consuluit, ut  
aërem intestinalem collata opera sin-  
guli

guli disquirendum sumeremus. Sor-  
te tum mihi disquisitionis hujus ea  
pars obtigit, quae physiologica audit.  
Tritae itaque sententiae deditus, va-  
ria ad hanc rem spectantia jam qui-  
dem collegeram: at quum in hac  
mea disquisitione ortus etiam et uti-  
litas hujus aëris essent perpendenda,  
varia emergebant dubia, quae ut re-  
moverem, consilui praceptorē  
venerandum Ill. Gren, qui non so-  
lum dubia in propositum meum  
auxit, sed etiam ad ea copiosius dis-  
quirenda excitavit: dicebat namque,  
me, si omnia accuratius perquirerem,  
sententiae meae contraria observa-  
turum, praedixitque rationibus sat  
sufficientibus praesentem jam even-  
tum

tum experimentorum a me institutorum: id quod et ita comperi, cum ad experimenta ipsa procederem, ad quae rite instituenda ill. Reil permultas mihi occasiones humanissime praebuit.

Si itaque dissertatione mea aliquid praestiterim, hoc solum viris his ill. debo, qui non modo prima in me aluerunt dubia, sed etiam in negotio ipso benigne mihi consiliis opitulati sunt; qua in re nil aliud mihi restat, quam ut his viris ill. gratias meas sincerrimas persolvam.

Forsan quis dicat, sanitatem ejusmodi corporis perfectissimam, quam semper ante oculos habui, raro aut

aut minime reperiri, quod quidem  
ipse concedo, attamen respondeo,  
nil mihi fuisse in animo, nisi proba-  
re, aërem intestinalem non esse phae-  
nomenon naturale, et utilitatem ei-  
vulgo adscriptam, prorsus esse ne-  
gandam.

Tempus itaque huic negotio da-  
tum, perbene tritum putabo, si  
meis laboribus viri majoris ingenii  
acuminis ad observationes de hac re  
accuratius instituendas commoti fue-  
rint.

---

Quum

  
Quum aër intestinalis saepe saepius adsit,  
et a multis medicis sub quibusdam modo  
conditionibus causis morbificis adnumeretur,  
ego disquisitione dignum putavi, hac in dis-  
sertatione perquirere, an ille semper ad  
sanitatem corporis nostri pertineat. Ante-  
quam vero ad disquisitionem ipsam progre-  
diar, necesse esse credo, statum determinare  
physiologicum, praecipue quoad primas vias.

Brevibus quidem et quin a vero abhor-  
reat hic status, a variis medicis his verbis  
est determinatus: „qui bene ingerit, dige-  
rit, egerit, iste sanus.” Liceat mihi huic

A effato

effato pauca solummodo addere. Ad hunc statum nempe non solum requiritur, ut partes digestioni inservientes rite sint constitutae, succique, quos vocant inquilinos, bene sint mixti, sed etiam ut digestio ipsa intra sex vel octo circiter horas perficiatur; ut a modica et ad nutritionem sufficiente ciborum assumtione nullae fiant molestiae; ut mox post ciborum assumptionem aëris atmosphaerici et porositatis cum cibis ingesti eructatio vel, ut quibusdam placuit, decompositio fiat; denique ut calor animalis tam totius corporis quam praecipue primarum viarum, nec excessu nec defectu peccet.

In hac status physiologici determinatione non exakte locutus sum, quam constans mensura ingestorum, certus caloris animalis gradus est. determinatu sit difficilis fereque impossibilis.

Antequam vero ad experimentorum in vivis animalibus a me institutorum progressiar enarrationem, necesse est, ut puto, aeris defi-

definitionem in mentem revocem. Aërem  
nempe dicimus, „invisibilem, pellucidissi-  
mam, incoloratam, elastica, frigore nun-  
quam coagulabilem, fluidissimam substanciam“ \*).

Ex data aëris definitione liquet, eum in partibus mollibus, dilatabilibus et clausis eorum distensione praebere sese debere.

Ad solvendum itaque problema: an aëris  
secundum sanitatem semper in primis adsit  
viis, sequentia in vivis animalibus institui-  
experimenta, quae adducere mihi liceat, ut  
unusquisque perspiciat, an, quae ex his ef-  
feci, recta sint.

## Experimentum I.

Praefente M. D. Havemann amico  
familiarissimo aperui abdomen leporis cuni-  
culi vivi, ut videbatur fani et paulo ante

A 2 ex-

<sup>\*)</sup> *Gren. Differt. circa aëris fixi genes.* Halae  
1786, 8. pag. I.

experimentum adhuc vescentis. Inciso peritonaeo, coecum, his in animalibus praelongum et magnum, foecibus distentum vi quadam protrudebatur, intestinorum vero tenuium parietes fere in contactu, aërisque erant expertes. Ventriculus chymo fuit repletus, et curvatura ejus major deorsum respiciebat, et ille magis applanatus fuit. Coecum et ventriculus per aliquod tempus a premente dito retinebant fossam. Intestinum rectum foecibus fuit refertum. Hae foeces vero, quum caprillarum instar essent, constituebant in intestino recto interstitia illis vacua, quae fuerunt pellucida paullulumque distenta. Talis interstitii punctio sono quadam sibilante erat conjuncta. Punctione intestini coeci aliquot aëris bullulae fluido subrubello mixtae apparebant. Hora una post animalis mortem intestina, praecipue vero tenuia rotundiora distensioraque inveniebam, atque nunc ventriculus nullum a dito premente retinebat vestigium.

Expe-



## Experimentum II.

Dissecui iterum praesente M. C. Jacob amico familiari, leporem cuniculum vivum et sanum, qui quoque paullo ante experimentum cibos assunserat. In hoc animali similia apparebant phaenomena, quam in praecedenti, nempe intestina tenuia inveniebamus collapsa, ideoque nil continebant aëris. Ventriculus simili modo, quam in praecedenti casu chymo fuit repletus, omnis tamen aëris expers, dum retinebat fossam a digito premente. Intestina crassa, praecipue vero coecum, maxime fuerunt foecibus repleta, punctione tamen in coeco facta, nulla aëris bullula apparebat. In intestino recto iterum aderant interstitia foecibus vacua, quae tamen, ut in superiori casu, non reperi distenta, sed potius coarctata, ideoque nullus sibilans sonitus a talis interstitii punctione animadvertebatur; intestinum rectum et coecum punctione in iis facta nullam aëris bullulam praebebant. In omni-

A 3 bus



bus a me hunc in finem factis sectionibus eadem vidi, quae ob similitudinem cum jam enarratis, praetereo. Quum post aliquot horas animal jam emortuum viderem, inveni intestina, sicuti in praecedenti casu factum est, rotundiora, attamen in hoc animali majori in gradu, quam in praecedenti, et ventriculus praecipue nullam a pressione retinebat fossam.

### Experimentum III.

Aperui leporis cuniculi vivi sanguine abdomen. Quo facto, tubulo in orificio ani immisso inflavi aerem in intestina crassa, quae non solum, ut exspectandum erat, dilatabantur, sed etiam aer, quo motus peristalticus auctus fuerat, iterum per anum emittebatur. Repetii in eodem animali hanc aeris per anum inflationem, qua tunc omnis crassorum tubus extendebatur, et paullo post etiam hic aer per anum removebatur. Tunc unum intestini tenuis cuiusdam parietem acu triquetra perforavi et per can-

nulam



nulam cavam relietam aërem ingredi curavi: hoc modo tubo intestinorum tenuum et crassorum penitus aëre replete, primum motus peristalticus totius tractus multum augebatur, quo etiam hic aër ejiciebatur; hoc motu peristaltico ab aëre excitato atque aucto volvulus etiam in intestino tenui ortus, duorum circiter digitorum spatium aequabat. Post dimidiam fere horam, primo non foeces solum, sed etiam magna muci flavi copia bullulis aëreis adhuc intermixta protrudebatur, et ex his colligi potest, ut aër remedii laxativi instar in intestina agat.

#### Experimentum IV.

Quum ex praecedenti experimento jam perspexisse, aërem vehementissimum intestinis praebere stimulum, simile quid in puerō decem annorum repetii, quem ad umbilicum usque vasi aqua repleto insidere curavi. Hoc in situ ope vesicae pro clysmatibus aëre refertae illum ano ingere studui et regioni pubis campanam vi-

A 4

tream



stream aqua similiter repletam, qua aér anno remotus excipi poterat, apposui; eadem quoque aëris quantitas injæcta tenesmo quodam statim reddebatur. Quod verum esse, receptione in campanam certius factum est. Repetii in eodem puero idem experimentum si-  
millimo cum effectu.

Experimentum V,  
quaedam circa aëris, post mortem evo-  
luti, qualitatem continens.

Vitulo maestato adfui et oesophagum et intestinum rectum diligandum curavi, ne ullus admitteretur aér atmosphaericus. Disseceto abdomine inveni etiam in hoc animali, quae in aliis vidi animalibus, nempe ventriculum laete repletum, intestina tenuia et crassa collapsa. Reposui hunc vitulinum intestinalem tubum per xxiv horas loco moderate calido ad aëris evolutionem promovendam. Intestina tunc torosiora facta infundibulo subjeci aëre inque vase vitro ex-  
cepit.



cepi. Ob lactis vero coagulum ex intestinis tenuibus, praecipue vero ex ventriculo non multum aëris recepi, quamvis ventriculus locis quibusdam aëre fuerit distentus; e crassis intestinis vero multum accepi aërem, quem Ill. praceptor Gren examini subjiciens, invenit, ex aëre fixo et ad maximam partem ex aëre inflammabili esse constitutum. Nam cum tota aëris ex intestinis recepti copia in vas vitreum aqua calcis repletum erat inmissa conquassataque, aëris quantitas paullulum admodum imminubatur; ad parcam hujus aëris ab aëre fixo aquae calcis ope separati quantitatem, aér admittebatur nitrosus, quo tamen nulla mutatio in eo facta, nullique vapores flavi orti sunt; ad reliquum aëris ignis admovebatur, quo ille cum sonitu et flamma coerulea accendebatur. Ex his apparet, in casu a me disquisito nullum adfuisse aërem respirabilem, sed unice aërem inflammabilem et fixum, et quidem in inversa proportione ex vulgari auctorum sententia: nam Macbri-

de,



de, Cauendish et Priestley constituerunt, aërem inflammabilem in minima adesse quantitate, nempe circiter trigesima tertia totius parte, in meo vero casu sextam partem inveni aëris inflammabilis et unam fixi. Me judice vero in tali re nulla absoluta proportio locum habere potest, sed necesse est, ut ea pro subiecti, ingestorum aliarumque rerum diversitate variet; ex quibus itaque etiam apparet, quod remedia fatus absorbentia a Cl. Leonhardi commendata, non in unoquoque convenire possint casu, quum ille supposuerit, maximam flatuum partem ex aëre fixo esse constitutam, qui unice his remediis, nunquam vero aër inflammabilis decomponi potest.

## §. I.

Nunc ad alteram dissertationis meae partem progrediar, in qua mihi perquendum erit, primo an adsit via, qua aër sine corporis noxa ingredi, et secundo, an admissus reti-

retineri possit. Viae omnino adsunt et quidem triplicis generis:

- 1) Alimenta ingestra aërem jam evolutum vel ad evolutionem primum continentia.
- 2) Aëris atmosphaerici cibis sub manducatione admixtio, quibuscum deglutitur.
- 3) Potulenta aërem magna copia evolutum continentia, vel talium rerum ingestio, quae certis sub conditionibus, in corpore nostro saepius praesentibus, aërem elicere queant.

§. 2.

Omnes fere autores crediderunt, aërem secundum sanitatem primis viis inherentem ortum suum ingestis debere, eumque etiam circumstantiis faventibus mox abire in malum tam consuetum, quam incommodum, ruetus nempe et flatus \*).

In-

\* ) Van Swieten Commentar. in Boerhaavi Aphorism. §. 646.

Inquirere mihi vero nunc liceat, quomodo ingestis aëris intestinalis fontem continent. Absolum certe a me esset, si aëris præsentiam in ingestis negare vellem, distinctione tamen a praeceptore venerando Gren, in aërem porositatis et mixtionis facta, maximi in hac re est momenti \*). Aër nempe porositatis huic laudato viro ille est, qui corporibus jam in aëris forma inest, et ex his corporibus ope antliae pneumaticae elici potest; aër vero mixtionis ille, qui, non ut a variis physicis creditum est, paratus jam corporibus inest, sed qui solummodo vario processu adhibito primum producitur, quum non aër ipse, sed unice partes aërem constituentes adsint, quae partibus talium corporum constitutivis adnumerandae sunt \*\*).

### §. 3.

Aër vero porositatis ingestis modo minima in quantitate inest, plerumque etiam inge-

\*) Gren Grundriss der Naturlehre. §. 632.

\*\*) Gren l. c. §. 633 et 634.

ingestorum praeparationibus absumitur; ideoque huic aëri, secundum variorum auctorum sententiam, ille primis viis inhaerens aëris adscribi non potest, et quidem eo minus, quum infra demonstrare conaturus sim, eum mox post deglutitionem iterum protrudi.

§. 4.

Alter modus, quo aëris corpus nostrum ingredi, vel potius in eo primum constitui potest, adhuc supereft, puto aërem mixtionis. Qui vero sunt processus, quibus partes aërem constituentes ingestisque inhaerentes in aëris formam redigantur? Sunt ignis efficacia, vel fermentatio vel denique putrefactio. Nullus vero horum processuum in corpore sano locum habet, quum me judice nulla digestio fermentatione perfici possit.

§. 5.

Altera via, qua ex auctorum sententia aëris primas vias intrare potest, aëris est atmosphaericus, sub manduca<sup>tione</sup> cum cibis et saliva mixtionem ingrediens, et qui

cum

cum aëre porositatis ejusdem est indolis.  
Quomodo vero res hujus aëris in ventriculo  
se habeat, sequentibus ostendam.

## §. 6.

Consideratis viis variis, quibus aër cum primis viis communicatur, altera adhuc consideranda venit, nempe si a nobis partes tam solidae quam fluidae nutrimenti vel medicamenti specie assumuntur, quae vel multum aëris jam euoluti, vel certis sub conditionibus ad evolutionem proni, in se continent, v. c. variae aquae minerales, plerumque aëro abundantes, cerevisiae bene obtutatae, potio quam vocant Riverianam vel actu effervescentiae sumtam, vel si efferuentia in ventriculo primum perficitur; porro limatura martis, quae, si in ventriculo acidum quoddam invenit, et cum illo notratione aërem inflammabilem reddit, quodque etiam medico optatum a marte spectare jubet eventum, cet.

## §. 7.



## §. 7.

Expositis hoc usque tum viis, tum vehiculis, quibus aër vel jam evolutus, vel ad evolutionem pronus nostrum intrat corpus, inquirendum nunc erit, quomodo hie aër jam ingressus se habeat, quaeque circumfrantiae requirantur ad aëris ex dictis vehiculis evolutionem. In hac etiam inquisitione ordinem in superioribus factum sequar: itaque de illo aëre, qui ingestis continetur, dicendum erit, quique duplicitis est generis,

- 1) Aër porositatis. Quid ille mihi sit, jam superioribus indicavi, quo loco etiam dixi, illum in minima solummodo quantitate ingestis inesse et variis praeparationibus, quibus haec subjiciantur, fugari, praesertim quam hic non partibus corporum constitutivis, sed unice accidentalibus adnumerari possit, quae de re etiam nunquam in certa ac determinata quantitate in illis invenitur: sed mox plus, mox minus hujus aëris ingestis ineſt; ideoque vix hoc respectu consider-

siderari meretur. Si etiam concederem, eum corpus nostrum intrare, attamen unicuique attento observatori notum erit, paulo post finitam, praecipue acceleratam ciborum assumptionem oriri ruetus quosdam, quibus me judice aër tam proficacius, quam cibis deglutitus atmosphäricus removetur. In hac re mecum etiam Senebierum consentientem habeo, dicentem, „die vegetabilischen oder animalischen Substanzen vermischt mit dem Magensaft, ließen nach dieser Mischung ein wenig Luft von sich, aber diese Luft kam nicht weiter zum Vorschein, wenn das Glas etliche Minuten war geschüttelt worden und sobald der Magensaft zu würken anfieng“ \*).

2) Aër sic dictus mixtionis. Hanc aëris speciem, ut denominatio forsan indicaret, non in aëris forma rebus qui-

bus-

\* ) Senebier praktische Anmerkungen über Spallanzani Untersuchungen, pag. 372.

busdam ineft, sed ut superioribus pagellis dictum est, modo sub quibusdam circumstantiis e multis corporibus elici potest, quamquam hae particulae aëri propiores, jure partibus horum corporum constitutivis adnumerentur. Determinata hujus aëris essentia, eum imposterum semper aërem mixtionis appellabo.

Et hic quidem, secundum omnium physicorum consensum, maxima in quantitate e multis corporibus, quae nobis nutrimento sunt, elici potest, v. c. ex omnibus brassicae speciebus, raphano, cerasis, phaseolis et inter medicamenta e manna, quaeque etiam saepius in corpore nostro, praecipue infantum, qui acrimonia acida laborant, producit flatus, attamen modo in subiectis debilioribus, in quibus facile fermentationem subit.

B Quae

Quae vero sunt hae conditiones  
aëris hujus quasi latitantis evolutioni  
faventes? Quum ex quinto a me insti-  
tuto experimento inveni, aërem inte-  
testinalem fixi etiam indolem prae se  
ferre, liceat mihi, has conditiones ex  
Ill. Gren sententia laudare \*). Evol-  
vitur itaque aër

1) Igne

a) Per calcinationem terrarum  
absorbentium, imprimis calcarea-  
rum et salium alcalinorum fixo-  
rum.

b) Per destillationem siccum  
omnium vegetabilium et animan-  
tium multorumque ex iis produ-  
ctorum.

c) Per illorum combustionem.

2) Evoluitur ex acidis per effer-  
vescentiam, cum terris et sali-  
bus alcalinis fixis et volatilibus.

3) Fer-

\* ) Gren Diff. c. pag. 6.

- 3) Fermentatione vinosa,
- 4) Putrefactione,
- 5) Ebullitione aquarum illum ventientium,
- 6) Respiratione, in primis per animalia haemotaphora calida; demum
- 7) Scintillis electricis.

Data expositione, quoniam vario modo plurima nostrorum ingestorum ad aërem mixtionis constituendum aptiora reddantur, facillimum intelleξtu ac demonstratu erit, horum modorum nullum in statu corporis perfecte sano, quem semper ante oculos habui, locum habere posse. Certissime nempe mihi persuasum habeo, paucos medicorum Boerhavii opinioni, ad quam digestio partim fermentatione, partim putrefactione perficitur, esse deditos \*). Non hujus loci est, rationes contra hanc Boerhavii sententiam militan-

B 2

tes

\*) Boerhavii Instit. med. §. 76.

tes proferre. Pauca de hac re differendi mihi paragraphis, quae sequuntur, occasio erit.

3) Aër atmosphaericus, qui sub ciborum manducatione cum illis mixtionem quandam ingreditur. Hoc modo et minima admodum aëris quantitas ventriculum intrat, qua de re eum etiam varii auctores non concesserunt, præcipue quum manducatio ipsa tam miscendo quam fugando aëri idonea sit. Habitus etiam organorum deglutitioni inservientium ad aërem sine omni vehiculo deglutiendum requiritur, quo plurimi homines carent \*).

Insuper etiam aër atmosphaericus mox post finitam manducationem ructibus egeritur, et quidem eo saepius, majorique in quantitate, quo citius et quo plus aëris cum his primas vias ingressus est.

Hujus

\* ) Senebier l. c. pag. 396.

Hujus aëris post prandium eructationis, Senebiero excepto jamque allegato, a Cl. Niemann o mentio jam est facta, quique hanc his verbis sibi explicavit, „aër ore protrusus, cum solum pendeat a ventriculi calore eum attenuante atque ejiciente, fermentationis non est effectus“ \*). Aërem calore ventriculi rarefieri, negare non ausim, at tamen haec mihi ad hujus phaenomeni explicationem non superficia solum, sed etiam impossibilis fere videtur, et quidem dum protrusio aëris statim post finitam manductionem evenit, ut in tam brevi temporis spatio rarefactio admodum parva esse possit. Praeterea etiam aëris ingesti copia tam parua est, ut inde ventriculus, si etiam ejus calore attenuetur, nullam percipere possit molestiam, ad quam Cl. Niemann alii que praecipue respexerunt. Ego mihi

\*) Niemann Diff. de digest. hum. Halae  
1787. pag. 13.

multo verosimilius hoc phaenomenon ex ventriculi fani impatientia aëris liberi retinendi explicet, qua illa protrusio perficitur. Quod etiam Adolph jam simil modo explicavit, dicens, „qui (aër) si homo prospera ac firma fruitur valetudine, naturali ventriculi ac intestinorum robore motuque peristaltico sine ulla molestia propellitur atque ex corpore excernitur \*”.

Nullo alio quam praecedenti modo aër atmosphaericus primas vias intrare potest; nam peracta deglutitione secundum naturam aër oesophagum ob tam arctam ejus constrictiōnem petere non potest.

Forsan aliquis objiciat, aërem sub inspiratione oesophagum omnino penetrare posse. Huic mechanismum respīratio-

\* Büchner et Adolph de rariss. et grav. tympan. extra intest. specieb. Halae 1757. pag. 9.

rationis et structuram anatomicam partium his functionibus inservientium et Halleri auctoritatem, quae ex meis partibus est, considerandam oppono \*).

4) Aliqua adhuc dicenda restant de ultimo modo, quo aër cum corpore nostro communicari potest, ille neimpe, si talia a nobis ingeruntur et nutrimenta et medicamina fluida et solida, quae vel aëris jam evoluti aliquam continent quantitatem, vel e quibus certis sub conditionibus aër ad evolutionem proplicis redditur. In superioribus (§. 6.) talia jam nominavi; hic vero de illis solummodo sermo erit, quae etiam sanis hominibus usui sunt, v. c. cerevisiae cet. Certissime vero unusquisque attentus observator expertum habebit, mox post eorum ingestionem aëris eruptionem oriri. Eadem etiam medi-

B 4

ca-

\* ) Halleri Elem. physiol. Lib. XIX. Sect. IV. §. XVII.

camīnum supra jam allegatorum ratio  
est, quibus mea hujus eruētationis data  
explicatio (§. 7.) confirmatur; et ut  
meam hac de re fententiam magis evin-  
cam, haec in me ipso institui experi-  
menta; quum nempe aëri, praeſertim  
fixo, qui ad quintum experimentum  
etiam primis viis inhaeret, et ex no-  
ſtris alimentis elici potest, multum uti-  
litatis ad peragendam digestionem tri-  
buatur, affumſi mox poſt prandium,  
eruētatione conſueta aëris atmosphaeri-  
ci et porositatis jām faēta, gr. xv. ſalis  
tartari in aquae deſtillatae ȝȝ. ſoluti et  
hac ſolutione deglutita duo cochlearia  
aceti vini ebibi; poſt octo vero minu-  
torum ſpatium, aër effervescentia evo-  
lutus ruētibus binis redibat. Affumſi  
iterum, jejuno autem ventriculo, gr.  
xv. ſalis tartari ſimili modo, ſimillimo-  
que etiam effeātu.

S. 8.

Forsitan aliquis oggerat, a me haec tenus aëris  
absentiam solummodo in tenuibus intestinis  
et ventriculo esse demonstratam, in intestinis  
vero crassis multa adesse, quae aëris genesi  
fauere valeant, v. c. putrescentia et summa  
faecum in illis acrimonia cet. Eorum vero  
opinio eo vertitur, quod digestio vel fermenta-  
tione, vel putrefactione, vel utroque simul  
perficiatur; quae tamen a Spallanzani  
multis rationibus sunt refutata \*). Et in sta-  
tu hominis fano putrescentia faecum deficit,  
quae ad aëris evolutionem, quae fieri potest,  
requiritur, quod Marherrus his verbis jam  
annotavit; „verum in statu fano, ut jam  
diximus, faex non admodum (acris) est,  
hinc tam diu in loco haereat necesse est, do-  
nec magis magisque accumulata, pondere  
suo et mole intestinum in contractionem  
cieat“ \*\*). Putrescentia faecum in intestinis

B 5 crassis

<sup>\*)</sup> Vid. Spallanzani Versuche über das Verdauungsgeschäft, aus d. Engl. pag. 261.

\*\*) Marherri paelect. in Boerhav. institut  
physiol. §. 109.

crassis et sanis locum habere non potest, nisi praegressa in superioribus tubi intestinalis partibus fermentatione, aliisque huic adventientibus conditionibus faventibus, v. c. longius temporis spatium, aëris atmosphaerici liber aditus cet., quae vero omnia in homine fano absunt.

§. 9.

Huc usque de qualitate aëris interdum primis viis inherenterit, ac de variis modis, quibus nostrum penetrare potest corpus et qua insuper ratione se in his habeat, locuto, nunc etiam sit permissum, pauca de hujus aëris intestinalis utilitate dicere, quae huic avariis auctioribus tribuitur. Profiteor utilitatem et necessitatem huic aëri ad digestionem dotam, hac in re maximi esse momenti.

§. 10.

Qui vero mecum perlegerit auctores, qui aëri symbolam aliquam ad digestionem perficiendam adscriperunt, huic etiam statim apparebit, omnes hos theoriae fermentationis



nis vel putrefactionis esse deditos, qua illis  
facillimum fuit, aëris in digestione praesen-  
tiam demonstrare. Et quum jam saepius  
vidissent, nullum in rerum natura sine fine  
esse factum, aëri etiam utilitatem quandam  
dederunt. Qui sibi de hoc meo effato per-  
suasum habere cupit, adeat Marherri in  
Boerhavii institutiones physiologicas com-  
mentaria, librum, huic scopo, sicut multis  
aliis utilissimum.

### §. II.

Ex Marherri praemissis aëris evo-  
lutione tempore digestionis, necessaria reddi-  
tur, quum non fieri possit, ut alia fermenta-  
tio cogitetur, in qua aër, quem dicimus  
aërem mixtionis, in fluidum aërisforme ab-  
eat. Nec meum, nec hujus loci est, il-  
lam de fermentatione hypothesin strenue re-  
futare, quum Cl. Spallanzani jam luce  
meridiana clarus ostendit, omnem in dige-  
stione abesse fermentationem. Pauca tamen  
contra hanc Boerhavii et Marherri

fen-

sententiam, ad materiam meam praeципue  
spectantia, proferre liceat.

§. 12.

Immortalis nempe Boerhavius ejusque commentator omnem fere aërem intestinalem fermentatione effici credunt,\*) quam vero in conditione hominis sana statuere non possumus. Si autem fermentatio in digestione negatur, magnus fons abest, ex quo aëris intestinalis ortum ducat. Damna etiam, quae ex fermentante in ventriculo massa prodirent, numerari non possent, quae Marherrus ipse jam annotavit sibique ex nimio fermentationis gradu explicavit, dicens; „talia enim, quae promptissime fermentant, aut jam fermentationem subire cooperunt, in calore corporis nostri brevi tempore integrum fermentationem absolvere possunt: tum vero pessima symptomata oriuntur, ructus acidi (qui semper fermentante massa praesente adesse deberent) cardialgia, tortuina ventriculi

\*) Marherri l. c. §. 76 et §. 88.



triculi et intestinorum, vomitus enormes et  
faepe lethales cholerae. Immo et ventricu-  
lum inde medium disruptum crepuisse, in  
historiis medicis legitimus" \*).

Sed haec non unica essent damna e. fer-  
mentante in ventriculo massa prodeuntia:  
quum ex opinione mea nulla fieri posset cor-  
poris nostri nutritio, siquidem fermentatio-  
nis ope plerumque ex illis, quae nobis nu-  
trimento sunt, talia orirentur producta, ex  
quibus corpus nostrum parum nutritionis ca-  
peret: immo potius nulla sub hac conditio-  
ne fieri posset digestio, quum tunc necesse  
sit, ut non solum aer porositatis et forsan  
quoque (si adeat) atmosphaericus, sed etiam  
aer mixtionis liberetur. Ex hac autem  
aeris evolutione ventriculus tanto gradu di-  
lataretur et hac ventriculi distensione impe-  
diretur, quo minus secretio vasorum exha-  
llantium cryptarumque in ventriculo posita-  
rum, prospere succederet, tonusque ventri-  
culi

\* ) Marherri l. c. pag. 303.

culi labefactaretur, ut nulla aëris eructatio fieri posset. Retentione autem aëris, distensione ventriculi nimia cet., omnis ciborum ad aptam nutritionem necessaria mutatio tolleretur, ingestaque tunc nobis magis pernicieli quam commodo forent malorumque a Marherro recensitorum numerus et magnitudo cresceret.

Similia impedimenta concoctionis per ventriculi distensionem Senebierus jam his attulit; „wenn man zu viel ifst, und der Magen zu fehr ausgedehnt wird, so müssen, wie man leicht einsehen kann, die kleinen Gefäße und Hohldrüsen, durch eine so übertriebene Ausdehnung, in ihrem Absonderungsgeschäfte gestört werden. Dieses aber muss nothwendig eine verdorbene Verdauung verursachen, weil der Magensaft nicht in hinlänglicher Menge vorhanden ist, um alles, was man ihm darbietet, aufzulösen, und weil derjenige Magensaft, der noch herausfließen würde, in den Organen

nen, durch die er fliessen sollte, aufgehalten wird" \*).

Vir laudatus hic solummodo quidem de nimia ciborum ingestione atque orta inde ventriculi distensione locutus est, sed ex his liquet, damna ab eo nominata posse etiam oriri ab illa ventriculi distensione nimia, quae aëre per fermentationem evoluto fit. Hac etiam distensione humornm secretio impedi- retur, tonusque ventriculi ob aëris elasticitatem ejusque ventriculi calore factam atte- nuationem, labefactaretur.

Ponamus etiam, digestionem fermenta- tione perfici: tunc vero esset necessarium, aërem in intestinis crassis majori adesse quan- titate, quam in tenuibus, quum in illis plures inveniantur conditiones, quae fermenta- tioni et aëris evolutioni faverent, v. c. calor humidus, quies (ob leniorem crassorum mo- tum peristalticum) ect. nullaque inveniantur adminicula, quibus fermentatio in crassis cohi-

\* ) Senebier l. c. pag. 394.

exhiberi posset (quod tamen nonnullis a bile, chymo in intestino duodeno admixta fieri videtur). A Boerhavio ejusque commentatore vero nullius aëris mentio in his locis facta est \*), quod fieri deberet, si huic in crassis intestinis analogus esset ortus et usus, qui est in tenuibus. Ex hoc Boerhavii ejusque commentatoris silentio, quo (aëris) praesentiam in crassis intestinis praetereunt, mihi probabile videtur, a Cl. his viris nullum circa aërem naturalem intestinalem experimentum esse factum, sed solum ratione quadam pro eorum hypothesi esse assumptum.

## §. 13.

Sed sufficient haec, de intestinali aëre fermentatione evoluto dicta. Reliquum est, de aëre atmosphaericо cibis manducatione inviscato pauca differere. Cl. Marherrus haec ad hanc rem spectantia scripsit, quae mihi hic in extenso allegare, sit licitum, ne  
nexu

\* ) Marherri l. c. pag. 478—514.

nexus careant: „absolvimus nunc ea, quae de saliva dicenda erant. Verum praeter salivam et mucum oris, sub manductione cibis etiam immiscetur atque inviscatur aëris, unde nunc hujus quoque utilitas expendenda est. Plurimum ille ad digestionis negotium confert. Etenim cibus masticatis copia satis magna inviscatur, dum cum his ad ventriculum defertur, in loco hoc calidiore expanditur, expansus repagula, quibus coërcetur, rumpit, nexus particularum, quibus interclusus haeret, solvit, eas jam saliva emollietas, discerpit, attenuat, motum intestinum in tota massa suscitat, continuat, ipse demum se extricat et per superiora vel per inferiora erumpere conatur, ruëtus et flatus producens. Et ista quidem perfecte conspirant cum physicis et chemicis experimentis. Prioribus enim evictum est, aërem frigore aut mechanica compressione in minimam molem redigi posse, eundem vero contraria ratione immaniter expandi calore et eo majus volumen acquirere, quo major urgetur caloris

C

gra-

gradus. Ergo haerens in ventriculo, cuius calor 90 aliquot gradus thermometri Fahrenheitiani aequat, eo calore expandetur, et cum cibis intricatus permixtusque sit, majus assumens volumen aër omnino in ipsas ciborum particulas coërcentes aget, has dimovebit, sejunget, movebit, agitabit, viam quaerens, qua effugiat; nec tamen adeo libere effugere potest, cum muco satis lento et viscido retineatur; ergo hoc magis aget in massam ciborum, cui intricatus est, eoque magis hanc agitabit, attenuabit. Atque adeo aër non immerito considerari potest, tamquam pistillum cibos intime dividens, attenuans, discerpens, non adeo vi ponderis sui, quod exiguum est, quam quidem elasticitate."

Eadem pagina de aëre mixtionis dicta haec porro legimus; „verum praeter hunc aërem cibis immixtum et inviscatum etiam considerari debet ille, qui inter ipsas solidas ac cohaerentes ciborum particulas intercep-tus

tus haeret et qui principium constitutivum corporum est. Notum enim est ex Boylei et Halefii experimentis, aërem copiosum inesse corporibus vegetabilibus et animalibus, qui inter ipsa horum elementa latet, intime absconditus, non elasticus, sed solutus quasi et fixatus, nec ullo signo se prodens, nisi quaedam accesserint causae, quae illum in motum ducant, cujusmodi sunt calor ebullientis aquae, congelatio, atmosphaerae incumbentis ablacio, solutio corporum, putrefactio, fermentatio. Unica harum causarum praesente, quietus ille et fixatus in corporibus aër, vim suam elasticam denuo recuperat, et expansus rumpit repagula corporum, horum elementa niutuo nexu solvit, discerpit. Exemplum evidens habemus in fermentatione et putrefactione, quibus corporum nexus plenarie solvit, calore potissimum et aëris illius fese extricantis actione. Verum alimenta, quae assumimus, ejus naturae sunt, ut vel fermentescere vel putrefactescere incipient, in loco calido humidoque,

qualis ventriculus est. Ergo etiam ille aër, qui cibis inest solutus ac fixatus, motu intenso tali suscitato extricatur, quod fieri nequit, quin particulae ciborum a mutuo suo nexu solvantur et fatiscant" \*).

#### §. 14.

Unicuique hunc Marherri locum atiente perlegenti statim apparebit, eum promiscue mox de aëre porositatis, mox vero de aëre mixtionis locutum esse, quum cum distinctio illa a recentioribus in aërem porositatis et mixtionis facta fugeret. Utilitates vero huic aëri atmosphaericō ad digestionis negotium adscriptae quam minimae vel fere nullae esse possunt, quum et quantitas ejus tam parva sit, et, ut superioribus demonstratum est, is mox finita manducatione sursum ruetibus, nulla praegressa a ventriculi calore facta rarefactione, sed solummodo elatere suo sursum tendente et primarum viarum robore, egeratur. Aër demum porosita-

\* ) Marherri l. c. §. 69.

rostitatis primas vias ingressus atque in illis liberatus illico ructibus redditur, quod binis experimentis in me institutis et supra enarratis confirmatur. Idem Marherrus ipse jam indicare videtur, dum asserit: „et per superiora vel per inferiora erumpere conatur, ructus et flatus producens.” Certissime vero aër per inferiora erumpens nullo modo atmosphaericus esse potest, sed solummodo a vitio quadam digestionis in intestinis crassis posito et forsan a fermentatione, ortum suum duxit; quodque etiam experimento satis cognito firmatur, quo hunc aërem indole inflammabili esse evincitur.

Vix itaque opus est, ut utilitatem a Marherrro aëri in digestione datam, refutem, quum insuper erronea quaedam de hoc aëre statuat, v. c. quod aër mixtionis jam in aëris forma corporibus insit; quod porro solutio ingestorum ademto aëre atmosphaericō et porositatis peragatur. Quis autem haec statuat, sciens, has aëris species nullo modo

partibus ingestorum constitutivis adnumera-  
ri, sed unice accidentalibus, cet.

§. 15.

Transeo nunc ad illam aëris speciem,  
quae ex Marherri et mea etiam sententia  
partibus corporum constitutivis adnumera-  
tur. Cl. Vir et hic cum antiquis physicis  
dictam aëris speciem jam in aëris forma cor-  
poribus inesse credidit: qua opinione admis-  
fa, utique necesse est, illum digestione libe-  
rari. Refutata autem hac' sententia, jam  
ostendi, eum ex alimentis in corpore nostro  
sola fermentatione et putrefactione posse evol-  
vi, cui tamen sententiae nemo in Spallan-  
zani experimentis versatus, consentire po-  
terit.

§. 16.

Dicenda adhuc aliqua de aëris ad dige-  
stionem utilitate ex Halleri sententia ve-  
niunt. Omittam vero in hac discussione ea,  
quae Cel. Vir de viis, quibus aër cum pri-  
mis viis communicetur, contendit, quum  
in

in hunc censum non solum aërem atmosphaericum adduxerit, sed etiam opinioni Boerhavii jam reprehensa circa aërem porositatis atque mixtionis deditus fuerit: itaque hic solummodo de aëris utilitate, ex mente Halleri, verba faciam.

Hunc autem in finem necesse videtur, Halleri locum huc pertinentem allegare.  
 „Is nunc aér, inquit, in ventriculo vi sua potissimum elastica operatur, calido enim et pene clauso loco atmosphaericus aér rarefit et viscidas bullas, in quibus inclusus est, diffringit, materiamque solidam, quae cellulas circa foramina aëre plena facit, dimovet et diducit, frangitque, cellulosaque telam, ex qua maxima pars solidi cibi constat, minimis factam cavernulis, in spongiae perpetuo latescens speciem expandit, demumque divulsis cibis, quae per gluten cohaerebant, dissoluit omnia \*).”

C 4

In

\* ) Halleri Element. phys. Lib. XIX. Sect. IV. §. XVII.

In eadem paragrapho de aëre intestinali et haec legimus; „ab utroque aëre (nempe atmosphaerico et mixtionis) se expandente ventriculus pariter expanditur, ut etiam per cutem tumeat magis, quam pro ciborum mole, idemque multo cum murmure fluctuat, quando spatia natus est libera, ructus specie erumpit, aut ad intestina transit.“

Facillimum esset, explicationi ab Hallero de aëris intestinalis agendi modo datae rationes contrarias opponere, dato etiam, aërem atmosphaericum ventriculum ingredi aëremque mixtionis in illo posse liberari. Ne vero ea, quae de priori momento superioribus dixi, aequa, ac illa, quae de impossibilitate evolutionis aëris mixtionis ad sanitatem, nec non de aëris porositatis conditionibus jam perlustrata sunt, repetam, haec solummodo in Halleri sententiam admontita habere volui, quod aër atmosphaericus ventriculi calore rarefactus ut ex illo removatur, necesse esset, ob qualitates aëris, quae

quae huic ad definitionem in tractatus fronte  
datam, insunt. Quae vero hanc in rem fa-  
ciunt, jam §. 7, No. 3. attuli. Atque ex  
his apparet, aërem atmosphaericum nullam  
ad digestionem praestare posse utilitatem.  
Adhaec aëre atmosphaericō liberato, nulla  
ciborum solutio fieri potest: hic quippe sicut  
et aér porositatis non quoad essentiam nostris  
cum alimentis juncti sunt, sed illis mere ac-  
cidentaliter adhaerent. Quomodo vero, stan-  
te hac doctrina, solutio corporis fieri possit,  
non video, si nempe hic remotus aér non  
partibus corporum constitutivis adnumeran-  
dus sit: quod tamen Hallerus in loco al-  
legato credidisse videtur.

Halleri de aëre strenue sumto mixtionis placita modo ad statum hominis morbosum referre possum: nam si aër mixtionis in corpore nostro ex alimentis nobis usitatis liberetur, hoc solum fermentatione vel putrefactione fieri potest; quod tamen aliquid praeter naturale est. Simili etiam ratione ad

statum morbosum referendum est, si aliquod tempus post pastum ventriculus aëre intumescit, (quod tamen etiam aëre porositatis fieri potest, minime vero omni in casu aëre mixtionis nam aér, ut jam dixi, porositatis ratione primis viis insito mox post finitam ingestionem in statum physiologicum removetur: quod ipsum Hallerus his verbis significare videtur; „in homine aér ventriculum expandens dolorem facit et irritatem;” atque in eadem sectione mox pergit „plerumque tamén ipsa irritatio nimia et dolor vires socias muscularum abdominis et diaphragmatis in motum ciet et ventriculum liberat” \*).

Reliqua, quae Hallerus de aëris utilitate protulit, v. c. depletio vesiculae feliae a ventriculo aëre distento, quae situ ventriculi mutato et contractione vesiculae ipsius fieri potest, cet. vix perpendenda sunt.

Et

\* ) Halleri Elem. phys. Lib. XIX. Sect. IV.  
§. XVII.

Et prioribus jam ostendi, ejus sententiam  
de aëris intestinalis praesentia erroneis prae-  
missis esse innixam.

## §. 17.

In alio physiologiae loco Hallerus  
aërem, quo intestina tenuia et crassa cibis  
vacua ad ejus sententiam repleta sunt, stimu-  
lis motum peristalticum excitantibus tenui-  
um adnumerat \*). Quo vero jure Halle-  
rus id fecerit, mihi non appareat, quem hu-  
jus aëris intestinalis fontem non indicaverit.  
Tubus etiam intestinalis perraro admodum  
omnibus cibis eorumque reliquiis privatus in-  
venitur, et hic status nullo modo illi hominis  
fano accenferi potest. Denegare quidem non  
possum, me etiam in lepore cuniculo vivo  
dissecō, qui per viginti quatuor horas nullos  
assumferat cibos, tractum intestinorum aëre  
modice refertum et in eodem animali vasa  
intestinorum sanguine multo et praerubro

re-

\*) Hall. l. c. Lib. XXIV. Sect. IV. §. XXIV.

repleta, omnemque intestinorum tractum magis, quam in aliis jam enarratis casibus, ad regionem diaphragmatis propulsum inventisse: an vero haec aëris praesentia fami, vel alii causae debeatur, dijudicare non possum. Allegata tamen exploratio cum Halleri dicto consentire videtur.

Sed ut ad superius Halleri effatum redeam: quis esset usus hujus per aërem factae distensionis? Me judice ex hac distensione spasmi aliaque innumerabilia mala ortum ducerent, quod statu pathologico ab aëre orto confirmatur.

Hallerus etiam in loco jam jam allegato, huic aëri pro variis corporibus, e quibus sit evolutus, diversam dedit acrimoniā; quae tamen strictiore sensu nec aëri inflammabili nec fixo, (qui ad quintum meum experimentum in primis viis inveniuntur) adscribi potest.

Ex



Ex hoc usque dictis unusquisque perspiciet, quam levibus argumentis Halleri de aëris intestinalis sententia nitatur.

§. 18.

Hallerus etiam, sicuti Boerhae-  
vius, in nullo fere physiologiae loco, pau-  
cis exceptis, quae mox allegabo, aëris in-  
testinorum crassorum, ullam fecit mentio-  
nem, et hinc mihi videtur, hunc Ill. virum  
non autopsia de aëris in statu physiologico  
praesentia sese certiorem fecisse, sed eum  
solummodo ratiocinatione quadam praesen-  
tem credidisse.

Ne tamen aliquis, me Hallerum his  
in locis non intellexisse arguat, liceat mihi  
ea allegare, e quibus videtur, eum de aëre  
naturali intestinalis crassorum esse locutum.

Unus ad hanc rem pertinens locus ille  
est, in quo de motu peristaltico intestinalis  
crassorum dixit, eum eadem irritatione exi-  
tari,

qua in intestinis tenuibus \*). In paragrapho xvii autem jam dixi, eum adnumerasse aërem stimulis motum peristalticum in tenuibus excitantibus, ideo quoque in crassis. Attamen nec Ill. vir, neque Boerhauius, hic ullum constantem naturalemque fontem hujus aëris intestinalis indicavit, qui vero nec fermentatio, nec faecum acrimonia, nec loci calor humidus cet. esse potest, quae unice in corpore nostro aërem mixtionis constitueri possunt, sicuti hoc supra probavi. Quum vero digestio non fermentatione sit, ut Spallanzani nos edocuit, hic aër mixtionis etiam non secundum sanitatem in corpore nostro produci potest.

Alter ad eandem rem spectans locus eadem sectione paragraphi allegatae invenitur, quique hoc modo legitur; „Certe post prandium, motum aëris huc et illuc promoti hora fere quarta percipio, infirmior impressis, per horam duraturum; post id vero

tem-

\*) Elem. physiol. Lib. XXIV. Sect. IV. §. VIII.

tempus omnia conquiescent, mane impi-  
mis, post aluum inanitam". Hoc in loco  
Hallerus annis fuit eorum sententiam  
refutare, qui in intestinis crassis motum de-  
negarunt peristalticum, nobisque persuasum  
haberi vult, se hunc semper post prandium  
percepisse eumque motum ab aëre in crassa  
promoto oriri. Evidem credo lubentissime,  
Hallerum aëris per intestina crassa motum  
persensisse, quem motui crassorum peristal-  
ticō sane adscripsit; tamen vero nullo modo  
mihi probari posse videtur, crassorum motum  
peristalticum (qui omnium consensu debilior,  
quam in tenuibus est) tali modo percipi pos-  
se. Hujus meae sententiae insuper proba-  
bilitas augetur, si consideremus, Halle-  
rum affectibus laborasse arthriticis, qui sem-  
per depravata digestione sunt conjuncti, quae-  
que viros eruditos tam multis afficit incom-  
modis. Ex his, nempe ex depravata dige-  
stione et labefactato primarum viarum tono,  
quoque status quidam oriri potest, qui aë-  
ris mixtionis evolutioni per fermentationem

quan-

quandam, et retentioni aëris porositatis et atmosphaerici favet, quibus omnibus motus ab Hallero descriptos pro omni verosimilitudine attribuendos esse existimo.

## §. 19.

A variis etiam auctoribus, aëri intestinali utilitas quaedam in excernendis faecibus data est; nemo horum vero accurate ejus agendi modum in hoc negotio indicavit, sed solum ad ejus irritantem et dilatantem vim respexit: ex hac autem omissione jam credibile videtur, eos hunc non distincte intellexisse sed hypothetice tantum assumpsisse. Hallerus etiam nullam utilitatis aëris in faecibus excernendis mentionem fecit, sed hanc excretionem unice stimulis ab exrementorum mole, duricie et acrimonia dedit \*).

## §. 10.

Alii etiam crediderunt, situm partium praecipue in abdomine contentarum, aëri deberi.

\* ) Halleri l. c. Lib. XXIV. Sect. IV. §. 10.

deberi. Hos vero cadaverum fecerit se-  
ctio, in quibus, si etiam manifesta adhuc  
abest putredo, tamen paulo post mortem  
intestina torosiora distensioraque evadunt;  
quod mihi etiam, sicuti jam dixi, in meis  
experimentis videre contigit. Analogia vero,  
quae ex meis partibus est, et quam natura  
servare solet, in ceteris cavitatibus deficit,  
dum a nemine aëri situs partium in illis con-  
tentarum tribuitur. Sine dubio hic circa  
abdomen error inde proveniebat, quod cre-  
derent, abdomen fontem aëris esse natura-  
lem, aëremque in illo ad sanitatem per-  
tinere.

## §. 21.

Sed haec sufficient de imaginaria aëris  
utilitate, quam pro viribus meis refutare co-  
natus sum. Supersunt aliqua de noxiis aëris  
effectibus proferenda. Ne autem dissertatio-  
nis limites transgrediar, eos tolummodo le-  
viter adumbrabo, praefertim cum familiarif-  
simus meus Phoebus mox systematicam hu-

D

jus

ius thematis synopsin cum orbe literato  
communicabit.

Hi noxi effectus, quos in praesenti  
pertractare mihi proposui, ortum ducunt  
1) vel ab aere porositatis et atmosphaerico  
cum cibis in ventriculum ingestu retentoque  
ob debilitatum tonum et robur; vel 2) ab  
aere atmosphaericu sine omni vehiculo in  
jejunum ventriculum deglutito.

E primo vitio suffocantes anxietates  
post pastum ab aere per ventriculi calorem  
rarefacto, oriuntur, dum suam eructationem  
adhuc molitur. Si haec vero non accidit,  
fieri potest, ut aer tubum intestinalem trans-  
freat, ibique varia excitet incommoda.

Si autem aer atmosphaericus acquisita  
habilitate cum jejunio communicatur ventri-  
culo, emesis oritur. Carminati nempe,  
ut sibi quam purum procuraret succum ga-  
stricum, aerem atmosphaericum ventriculum  
ingredi curavit. Eadem, dum ventriculum  
nimiis

nimiis repleverat cibis, fecit Goffius, semperque vomuit \*).

§. 22.

Meum quidem hic non erit, caussas afferre, quibus in statu corporis pathologico tam magna aëris copia evolui possit, v. c. in quibusdam subjectis hystericis. Nonnulli ut hanc rem explicarent, ad alimentorum fermentationem configurerunt, quam alii repudiarunt. Me vero iudice haec magna aëris copia maximo jure ex alimentorum fermentatione derivatur, quum in his subjectis plurimae fermentationi faventes inveniantur conditiones, v. c. robur primarum viarum debilitatum, acrimonia acida cet. Opponitur etiam in his subjectis fermentationi nullum impedimentum, quo minus omnia fermentescibilia, quae assumuntur, non primum et secundum fermentationis gradum per totum intestinalem tubum, sed et tertium saepius su-

D 2                   beant.

\*) Senebier l. c. pag. 396, quo in loco etiam habitus organorum ad aërem deglutiendum descriptus invenitur.

beant. Nil ideoque contra hanc explicatio-  
nem ea valet oppositio, qua contenditur, sae-  
pius hystericis nulla ingeri nutrimenta, et  
nihilominus tamen eructationem aëris conti-  
nuari. Nutrimenta fermentantia scilicet diu  
in intestinis retinentur, immo et humores in-  
testinorum naturales ad fermentationem ip-  
sam proclives redduntur.

Ex hac data explicatione, aliud etiam  
hystericis suetum symptoma, nempe horripi-  
latio sub paroxysmo hysterico praesens, expli-  
catu multo facilius redditur; aëris quippe  
per fermentationem evolutio non sine caloris  
liberi absorbtione fieri potest; hunc calorem  
vero primae viae praebent, ad quas igitur,  
ut aequilibrium restituatur, calor animalis  
congeretur. Sed mittamus haec, quum ami-  
cissimus meus Phoebus hanc rem mox dilu-  
cide demonstratus sit.

## §. 23.

Ex hoc usque dictis appareat, me nullo  
modo aëris in ventriculo praesentiam ne-  
gasse,

gasse, licet pro viribus ostendisse me credam, eum solummodo per breve tempus, nempe paullo modo post pastum, ad naturalia corporis phaenomena pertinere, quum §. VII. demonstrarim, eum, nempe aërem porositatis et atmosphaericum mox finita manducatione iterum eructari, quodque etiam duobus in me institutis experimentis comprobavi: aër vero mixtionis secundum sanitatem evolvi non potest.

Si itaque ex qualicunque causa haec aëris post pastum eructatio vel decompositio impeditur, indeque multa incommoda ortum ducunt, tunc status physiologicus in pathologicum transit.

Quod vero ad aërem intestinorum tenuum et crassorum pertinet, hic ob rationes superius datas numquam statui physiologico adnumerari potest. Unicuique observare licet, intestinum rectum simili modo, quo ventriculus est, aëris esse impatiens, si nem-

pe ex chirurgi negligentia in siphone et flui-  
dum pro clysmate et aër atmosphaericus con-  
tinentur et in intestinum rectum immittuntur,  
clyisma statim vi quadam redditur, dum mo-  
tu peristaltico ab aëre aucto, ille non solum,  
sed simul apozema ipsum removentur.

CANDIDATO, LAUREA APOLLINARI DIGNO  
PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

S. P. D.

I. C. R E I L.

Satori locuples messis, docenti discipulus voluptatē est, qui suae disciplinae uberes fructus gignit. Sterilis labor taedio afficit, ferax virum bonum laetificat. Hoc ex Te, Tuisque commilitonibus in praesentiarum capello gaudium, ideoque Te linquere non potui, antequam hoc mei erga Te amoris documentum Tecum communicarem. Vitam inter nos egisti sedulitate et morum probitate insignem, ab omnibus, quibus notus eras, civibus, commilitonibus, praceptoribus amatus, Examina, promotioni praemissa, summa cum laude sustinuisti. Denique doctam hancce disquisitionem,

tionem, an aër in primis viis, secundum  
naturam sit? ipse et summo cum ingenii acu-  
mine conscripsisti. Opportunis novisque expe-  
rimentis thesin Tuam probasti, aliorum, ipsorum  
que magni nominis virorum errores, modeste re-  
prehensos, refutasti et forsitan futuri temporis sti-  
mulus eris, ut, Tua vestigia premens, ea, quae  
adhuc obscura sunt, de aëris primarum viarum  
effectibus in fano morboisque corpore illustret.  
De hoc eruditionis Tuae specimine, quod publi-  
ce edidisti, de gradu Doctoris, mox in Te con-  
ferendo, ex animo gratulor, Tibique opto, ut  
Tuae diligentiae fructu in reipublicae salutem,  
familiae decus, felicissimus ipse, per longam an-  
norum seriem fruaris. Vale et me amare per-  
ge. Dabam in Acad. Frideric. XXVIII. August.  
CLXCCXC.

WD 18  
PICA





DISQUISITIO INAUGURALIS MEDICA:  
AN AËR SECUNDUM  
SANITATÈM ADSIT IN  
PRIMIS VIIS?

